



Universitätsbibliothek Paderborn

**Nuclevs Coppensteinivs Conceptvvm Prædicabilivm In
Dominicas Festaqve omnia per Annum**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1624

Feria VI. Post Dominicam I. Quadragesimæ. Est autem Ierosolymis
Probatica piscina. Ioan. 5.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51556](#)

qui lumen cœli non video? Hic Gen. 49. Iosephi sumus in carcere: Danielis Dan. 14. in Jacu leonum: Pueri in fornace chaldaica: Dan. 2. Ione in ventre, Israelita Exo. 14. in medio mari rubro: Ettamen dicere possumus: *Bonum est nos hic esse.*

Imo purgantes animæ, quantis in cruciatibus sint; quia tamen in gratia: dicere queunt: *Bonum est nos hic esse.* Certi namque beatitatis degunt.

III. Cœlites vero, videntes & habentes in Deo omnia, de eodem sibi applaudunt Bono. 1. Regina Saba, 3. Reg. 10. visa Salomonis magnificencia, exclamabat: *Beatus ritui, & beati serui tuhi, qui flant coram te semper.* At vero, Ps. 87. Beati, qui habitant in domo tua Domine. Id est, aiunt Theologi, in Essentia Dei: In ea omnes thesauri sapientie, & scientia Dei reconditi sunt. ex ea orbis & omnia sunt progressa. *Gloria & dinitie in domo eius.*

2. Si Esther, cap. 4. cubiculum ingressa affueri, visa regij vultus maiestate, concidit semianimis. Si Israelita Exod. 10. visto manna admiratio iunt: *Quid hoc? Quid anima Deum intuens? Quanta absorbebitur admiratione?* Quali immutabitur transfiguratione?

FERIA VI. POST DOMINICAM I. Quadragesimæ.

Est autem Ierosolymis Probatice piscina. Ioan. 5.

Miraculum! Naaman Syrus, 4. Reg. 5. iussu Elisei in Jordane lauat, & a leprosanatur. Maius: Paralyticum, annis 30. ad Probaticam frustra excubum, ad solum Christi iustum persanari.

Nos super eodem

- I. *Parænesis de Misericordia Dei.*
- II. *De Probatice piscina.*
- III. *De porticibus quinque pauca.*
- IV. *De paralytico ipso.*

PARS

Parænesis de Misericordia Dei.

1. *Dignum cythara Davidica diuinæ Misericordiæ argumentum Misericordia: dia Dei sua Psalm. 88. Misericordia Domini in aeternum per omnia cantabo.* 1. Illa namque Attributorum

opera eius.

Dei facile princeps est: Psalm. 32. *Misericordia Domini plena est terra:* Quin & infra terram, purgatoriuni: & infernus quoque, ipsumque cœlum. Nam damnatorum peccata infra condignum puniuntur: & meritajustorum supra cōdignum remunerantur.

2: *Omnia debemus, ob creationem nostræ: at Misericordiæ plura, ob conseruationem.* Quia ista semel dedit *Esse:* ast *Ei debemus omnia.* hæc conseruat id semper. Adhæc eius causa, ut ei optime esset, Ipse de cœlo descendit medicus nostræ paralytios. *Quo magis, Psal. 109. Misericordiam, & iudicium cantabo tibi Domine.*

II. Maximus ducebat Tobias cap. 4. &c. *Comparavnius è septem præcipuis Angeli ad se missionem,* eiusq; beneficia præstata sibi ac patri: ut parem remuneraret nem scirent omnino nullam. At demum ubi cognouit esse Angelum, non hominem; Tob. 12. *ceddit super terram in faciem pre pauore.* Quid nos; ad quos Dei Filius demissus est; tantaque sanandis nobis præstitit?

2. Magnus amor Dei in Ezechiam Secunda. Regem ægrum: cui mittebat Isaiam Deus nuncium & sanitatis reciperandæ, & viæ annis xv. prorogandæ. In signum, reduxit umbram per lineas decem gradibus in horologio. 4. Regum 20. Isa. 38. Genus humanum, ægrum, imo mortuum iacebat; iamque extingendum? Ipse, Ipse venit: id consanat: vitamque ei prorogat in æuitatem beatam. In signum, Sol Iesus decem gradibus descendit, infra nouem choros Angelorum, infraque homines ad crucis nominiam, ac mor-

G 888 2 tis. 3.

tis. 3. Testis misericordiae, tanquam praedicatae satis, hic paralyticus est.

P A R S II.

De probatica piscina.

*Quid Pro-
barica.*

1. STagnum in medio Solymæ ouium
victimis abluendis sernebat: vnde
quasi ouium piscina dictum est.
Circum id quinque porticus, ægrorum
plenæ, expectatiūm quis primus ad aquæ
motum Angelicum se in eam demer-
geret.

*Significat
Pœnitentia.*

*Figura id
doceat.*

Figura hæc baptismi: Et luculentior
pœnitentia. Quæ mouetur ab Angelo Te-
stamenti, Malac. 3. Ipso Iesu: ad sanandos
quoscunque. De ea Psalm. 50. Lauabis me,
& super niuem dealbabor. 1. Hæc aquæ illæ, de
quibus Gen. 2. Et Spiritus Domini ferebatur
super aquas. 2. Est diluuium gratiarum,
Gen. 8. cui Arca Ecclesiæ innatæ, & pau-
culas orbis reliquias morti eripit.

3. Estaqua è Christi latere profluens.
Ioann. 19. 4. Est mare rubrum dans sic-
cum transiit Israelitis: Aegyptios sub-
mersens. Exod. 14. Beati qui, Psalm. 73.
Conquassæfus capita draconum in aquis hisce.
5. Est ea Euripus, quotidie septies fluens
ac resiliens, Mela teste: auferens peccata
septem mortalia: afferens septem S. Spi-
ritus dona. Expertus Euripu hunc canit
Psalm. 118. Sepies in die laudem dixi tibi.

*Fontes &
aqua mi-
randæ.*

Pœnitentia.

*1. Delet pec-
cata, Cha-
risma
dat.*

*2. Charita-
te absunt
#fficiæ.*

II. Hæc aqua habet vna, quicquid vir-
tutum illis visuam inesse aquis legitur.
1. Augustinus, 12. ciuit. 3. in Albano esse fon-
tem prodit; cui intinæ faces accensæ
extinguuntur: extintæ, si immerseris, ac-
cenduntur. In fonte pœnitentia extin-
guuntur peccata; accenduntur virtutes;
reditur vita operibus mortificatis. Nam

Mortui non laudabunt te Domine, &c.
2. Plinius l. 2. cap. 103. ait, in Sciaonia
fontem esse, qui iniectalini, panni, &c.
frusta comburat. Pœnitentia ardet cha-
ritate; frusta & reliquias concupiscent.

tiæ & affectuum prauorum comburit.
Cyprianus serm. de Poen. Pœnitentia re-
spuit auaritiam, horret luxuriam, fugat fur-
orem, format amorem, calcat superbiam, con-
tinet linguam, componit mores, odit malitiam,
excludit inuidiam.

3. Lyncestius amnis in Macedonia a-
criculus est: Quem quicunque parum mode-
rato gutture traxit; Haud aliter titubat, quam
simera vina bibisset. Ita acidula pœnitentia
est, Gregor. 4. Mor. cap. 22. Blandimenta
culpa non secura quies foueat: sed sauiens ama-
ritudopœnitentia irrumpat. Aug. 1. de poen.
Pœnitens semper doleat: semper coram Domino
erubescat: & dolorem cum vita finiat.

4. In Bœotia duo fontes sunt; alter po. 4. Dat. adi-
tus, auget memoriam; adimit alter. Poemæ
nitentia peccatorum memoriam dam-
nificam extinguit; auget viuificam, de-
testatrixem præteriorum. Psal. 38. Reco-
gitabo tibi omnes annos meos in amaritudine
animæ. Eadem iniuriarum præcipue
delet memoriam. Exemplum esto ipse
Auctor pœnitentia, Luc. 24. Exeuntibus
in Emmaus querit; quæ his diebus Ierosoly-
mù accidissent. Adeo pœnitens, ac satis-
faciens pro nobis, omnium oblitus erat.

5. Est in Sicilia fluuius, qui potus acuit
ingenium: dictus ideo v. i. mens. Et selliduo
pœnitentia intellectum dat parvulus, ad ca-
uendum commissa, & sectanda bona
omissa.

6. In Phrygia, ait Plinius l. 3. cap. 2. fons
est, οὐλῶν, qui potus lacrymas ciet: alius
γελῶν, risum. Ita pœnitentia, οὐλῶν est:
Psal. 41. Fuerunt mihi lacryme meæ panes die:
ac nocte. Psalm. 6. Lauabo per singulas noctes:
lectum meum, lacrymis meis stratum meum ri-
gabo.

7. In Aethiopia fons est rubeus, qui
vel gustatus gustu priuat. Pœnitentia gu-
stum rerum carnis, mundi, &c. detrahit.
Col. 5. Quæ super cœlos sunt, sapite: non que
super terram:

8. Non

8. Non procul à Frisia fons est¹, qui haustus excutit dentes. Malo suo didicit Cæs. Germanici exercitus. Ita Climacus ait Gradu 19. *Vere germanæque pœnitentia certum argumentum est obliuio iniuriarū. Ergo excutit dentes detractionis, blasphemiarum, &c.*

9. Sunt aquæ, in quibus ligna lapides cuncti. In mare rubrum si oliuæ arbores que alii etiam virentes iniciantur, continuo lapides cuncti. Pœnitentia animos deliciis virentes indurat robore fortitudinis.

10. Rhodanus tanto ruit impetu, ut lacum Lemantum transiens suas cum humiis aquis non misceat. Item in America fluuius, dictus Argenteus, ad 40. leucas per mare ruens cursum tenet, aquasque & dulcedinem natuam; nil ab salfugine marina corruptus. Rapidior vis Pœnitentia est. Facitire homines mundi mare medium; nec ab hoc tamen infici.

Cunctis aquis aqua potentior ~~magis~~ ^{magis} ~~aliquando~~ ^{aliquando}: morbis valet sanandis omnibus. At quā illa, potentior est Pœnitentia aqua. Hac Paralyticus est consanatus.

P A R S . III.

De porticibus quinque pauca.

I. **D**omine asperges & me hyssopo, & mundabor. Hyssopus locis crescit lapidis; multis apta morbis curandis. Ita & gaudet pœnitentia duris; sanatque omnia. 1. *Leu.* 14. Leprosus mundandus iubebatur a spargi septies hyssopo, in immolati passeris sanguine tincta. Christus est passer solitarius in telo; & immolatus. In eius Sanguine pœnitentaria hyssopo tincta asperge peccata mortalia, & mundabere à lepro. 2. *Leu.* 4. Iubetur Sacerdos septena aspergine vitulini Sanguinis animam mundare: tu cor hyssopina aspersione. At vero & hyssopus, & Probatanihil

sunt ad nostram Pœnitentiam collata. Quantum ad lucem umbra.

Sed quid est: plurimos circum Pro- Ex' multis baticam excubare ægros: & vnum hunc sanatur. ex omnibus à Domino restitui? An, Matt. unus.

20. quod multi sunt vocati ad probaticam pœnitentiam: pauci vero electi? Quot ho- minum myriades erant tempore dilu- ui, *Gen.* 7. & tamen octo tantum animæ saluabantur? An non sexies centena mil- lia hominum, qui armis apti gerendis e- rant, ex Aegypto educti; & solum ex iis duo in terram promissam introducti sunt? *Num.* 1.

Quinque porticus: an sensus quinque Qua porti- denotant, hospitacula ægrorum inibi cus. commorantium? id est, actuum vanita- tis variae? Quot ægri vanique actus oculorum, aurum? &c. 2. An vero designant habitus animæ quinos? Ut Artem, Pru- dentiam, Scientiam, Sapientiam, Intelli- gentiam. In porticu artis iacent ægri mechanici. Prudentia, Magistratus, Se- natores, Consiliarii, &c. In Scientia, Theologi, Philosophi, Concionatores, &c. In Sapientia, Religiosi. Subpor- ticu Intelligentia iacent cuiusque status, atatis, conditionis homines, rationis vnu pollentes.

P A R S . IV.

De Paralytico ipso.

I. **G**enus humanum, quater millenis Genus hu- manum paralyticum, expe&tavit mo- paralyticum. *Gannis* paralyticum, expetavit mo- tum Passionis Dominicæ; vt sanaretur. Paralyti originali ignorantia laborabat in intellectu malitia, in voluntate; fra- gilitatis in appetitibus: inutile ad quod- 1. *Ob peccatum opus meritorium.* 1. *Ob peccatum originale.* 2. *Ob maledictionem fulmine,* nec fructus nec folia pro fert. Ita anima; 2. Similis sicui maledictæ, Dei. *Luc.* 10. Ita Adam arbos prima. 3. *Ob natu- ram exhaustam.* 3. Similis hæmorrhœa, *Matt.* 9. quæ rame exha- facultates omnes perdidit; nectamen sa- stam- nita-

G 888 3 nita-

4. O! ma-
la illata
anima.
niciatem recepit. Ita homini debilitata
natura, & perdita gratia fuit, & merita
nulla prouenere. 4. Vtq; Philistæ quon-
dam, Iud. 16. Samsoni ademere vires, o-
culos, libertatem: ita peccatum despolia-
uit hominem, & molendinario similem
fecit iumento.

O cladem!
Horrendum est incidere in manus cum Dei
viventis, tum peccati occidentis. Incidit
homo: paralyticus fit: is descendit, cuius
vocabitur nomen magni Consili Angelus, Is. 9.
iuxta 70. & suum paralyticum in probati-
cam iniciit poenitentia & Passionis suu.

Soli Deo
sanabilem.
Hoc ut Septemplicis oftha. Nili aquis to-
tam irrigant quotannis Aegyptum, ac
fœcundant: ita Ecclesiam septemplici
gratia Sacramentorum Iesu. Secundum
Pl. 45. Flaminis impel² latifacit Ciuitatem Dei.

Et quidem
Hominis
Deo, id est.
Christo.
Diu ante dicebatur: Non habeo hominem.
Quid igitur Patriarchæ, Prophetæ, Da-
uides, Angelique que: nihil hi potuere,
nec ausi? Nec vel seipso curare quibant.
Eum exspecto, qui demum ostendatur,
Ecce homo. Hic solus potens, & non est alius
sanandis nobis. Sine Deo excidimus sa-
nitate gracie: at sine Deo ad eam reuerti
nequimus. Ionas, ca. 8. nunquam è ventre
ceti redditus fuisset luci; ni miraculum
accessisset Dei; Sic gracia preueniens ne-
cessaria peccatori est. Quoniam: Deus
prior dilexit nos.

Per gratiam
præuenientem.
Matt. 27. quam Petrus exeat peccato. 2.
tem.
Magos stella antecedebat: Matth. 2. Sicque
secuti adorauerunt eum. 3. Et Matth. 28. Ma-
riae tres venerunt ad monumentum: sed prius
orto iam sole. 4. Docent Philosophi,
celos ab Angelis, non à seipso moue-
ri. Quicquid enim mouetur, ab alio mouetur.
ait Aristot. 7. & 8. Phys. Ita ad penitentiā
à Deo: In ipso enim vivimus, mouemur: & su-
mus. Act. 17. 5. Nec ad Iesum paralyticus
venit; sed ad eum Iesus: qui dixit ei, Surge
à peccato, & ambulain gratia.

SABBATO POST DOMINICAM
I. Quadragesimæ.

Et transfiguratus est ante eos.
Matt. 17. Luc. 9.

Vt supra Feria V.

Ioseph, Gen. 39. & 41. post venditionem;
post solicitationem Putipharae, post
perpessos carceres: par Regie uehitur
purpuratus, currunt vestus regio; præ-
cone prodromo: & eo glorioſior nemo. Ita
Iesus post perpeſſa ab phariseis plurima
opprobria, hodie à Patre glorificatur.

Nos circa idem

- I. De premio Glorie coelestis.
- II. De Transfiguratione quintuplici.
- III. De Domini splendore solari.
- IV. De sermone in monte.

PARS I.

De premio glorie coelestis.

I. I Phicrates, Dux Athen. suos accende. Gloriab-
bat in prælium re nulla, nisi spe pra-
dx. teste Plutarch. Ita Dominus, Matth. 5. brauam
Gaudete & exultate: quoniam merces vestra
copiosa est in celis, quali dicat, pro hac pu-
gnate. Neque sunt condigne passiones huius
temporis ad futuram gloriamque reuelabitur
in robis. Rom. 8.

Istius David certus erat ante, quam Figura
cum Goliatho consereret, 1. Reg. 17. Qui
percusserit Philistium hunc, ditarbit eum Rex
duitus magnis, & filiam suam dabit ei. Quot-
que Deus promissa dedit iis, à quibus re-
gnum celorum vim patietur, ut violenti rapiat
illud? Præterquam, quod eodem nos
inuitat natura, vocant exempla: iussa Dei
impellunt.

Quid, quod plures ex altera ea vita
ad nos venerint, qui ea de gloria nuncia-
runt nobis? Vt Angeli agentes cum A-
braha, Gen. 18. Loth, Gen. 19. Iacob Gen. 32:
Tobias